

in  
 Maxime Reverende  
 atq; Amplissime,  
 observanter colende.

Gajerum, Theologum solentissimum,  
 e terra ad coelum, Schmidium  
 ex Jereasi Academia in nostram  
 Galiam migrasse, dudum intellexeri.  
 Forte et Fechtius ex Academia  
 Ropochiensis ad nos se conferet,  
 jam invitatus, dummodo Calixtus  
 noster non obstiterit. De cetero,  
 pro singulari tuo in Serenissimum

174 v  
Principem, Rudolphum Augustum,  
Ejusq; in Concilio Constantiensi ador-  
nando operam, studio, gratias  
agere iussit Dux optimus. Voluitq;  
literulis addi novum Ducis Merze-  
rum. Cui meo nomine disertati-  
usculam adjicio. Ex qua constet,  
res Concilii Constantiensis jam  
preli fortunam experiri. Nihilne  
Decanus Schwabachianus de  
Wallerrodio? Nihilne illustris  
Vesper Imhofius ex Borussia de  
historia Wallerrodiana? Quam  
vellet Princeps ejus deprehendi  
vestigia. Theoderici Vrie,

145  
Theologi Augustiniani Saxonic  
qui sub Constantiensi Concilio floruit,  
Historia Concilii Constantiensi, typis  
jam fere impressa. Wallerrodin  
primum debuerat habere locum. Verum  
Germanus alter, Vrie, Wallerrodin  
fuit premitteendus, qui viam illi pararet.  
Viennam nobis spes facta trium  
Codicum Mssorum Concilii Const.  
parario Excellentissimo Imhotio,  
Ducum nostrorum Consiliario, Ducum  
nomine Vienna sedente. Hic apud  
Bibliothecarium Casareum Ducum nostro  
rum nomine hoc negotium tractabit.  
Duce Gotanus suos, quos habet aliquos,  
Codices Mssos, proxime mittet.

195 V

Insuper novissime sum à Duce ad Illustris-  
simam Johannam Ernestam à  
Wallerrod Regiomontum scribere.

Nondum verò respondit, sive ipse  
sive per Secretarium. Spes interea  
nos alit.

Ceterùm, quos  
in Republica Vestra Bibliotheca  
notasti Codices selectos, ad historiam  
Husi plurimum conferente, Duci  
nostro recessui. Cui tua in re  
literariam promovendam propensio  
vehementer placuit. Quod si in spi-  
cendi daretur copia, Republica  
Pacifidibus gratiose annuentibus,  
De Vir clar. Rever. paratis felicis-  
simo, incomparabile hoc Duci

conferri beneficium existimes. Husi, quae memoras, opera impressa, jam sunt ad manus, cum multis chartis, illuc spectantibus.

Historia Civitatis Constantiensis Germanica plures veteres editiones possidemus. Ut et latinam A. 1500. quam observas. Alteram tamen anni 1575. nondum quidem inspeximus, inspiciemus tamen proxime, cum ejus spes aliunde fuerit facta.

Deale, Viri Max. Rev. ac vultu vestrae Republicae, a universis Ecclesiae diutissime ac felicissime vive.

Vir Max. Rev.

Helms. A. G. G.  
d. 3. Jan.

Cui observantiss  
A. G. G.